



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 111. Michael Fedrovitius Magnus Moscoviæ Dux electus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

igitur Comes Londinum pervenerat, Sæc. XVII. A. C. 1615.
 confestim turri includitur, ejus quo-
 que conjux, ceterique complices variis
 in carceribus capti detinentur, ex
 quibus illi, qui de Overburii nece con-
 victi erant, alii Mense Octobri, alii ve-
 ro Mense Novembri ultimo supplicio
 affecti sunt: Comes vero unacum Con-
 juge sua, eoquod Overburii homicidio
 contaminati essent, Judicum judicio
 capite damnantur, cujus tamen senten-
 tiæ executionem Rex differri jussit, tan-
 dem vero utrique vitæ veniam, liberta-
 temque indulgit.

§. CXI.

*Michael Fedrovitius Magnus Mosco-
 viae Dux electus.*

Interim Moscovia diuturno æque ac gra-
 vissimo bello afflictâ, & tam a Polo-
 nis quam a Suecis misere vastata, rui-
 næ proxima videbatur; postquam enim
 Sigismundus Poloniæ Rex factiosos fere
 quinquaginta, qui in Regis caput con-
 juraverant, Varsoviæ palam extremo
 supplicio plecti jusserat, horum metu
 solutus, & periculi domestici jam se-
 curior, ductore copiarum Radzivilio,
 decem millium exercitum in Moscoviam
 præmisit, terras illas, urbesque ad de-
 ditionem, armis & populatione com-
 pulsu-

*Merc. Gal-
 lobelg. t. 10.
 l. 3. & l. 4.
 pag. 89.
 Contin. Sleid.
 part. 4.
 pag. 268.*

Gg 4

pulsu-

Sæc. XVII.
A. C. 1615.

pulsurum, nisi Ladislaum Filium suum, qui mox eum validiore agmine propediem subsecuturus esset, e veteri pacto in Ducem suum reciperent. Hi ergo Moscos & Russiam a partibus, ad meridiam, occasumque sitis incurstant: a tractu vero, supra Balticum mare, Boreali, Sueci Plescoviam insignem Moscoviæ urbem occupant, trucidatis Moscorum, qui obsidionem solvere tentabant, novem millibus, ceteris in fugam actis: Præterea Pontus Tellagardus Suecici exercitus Ductor, auspiciis Gustavi Regis sui, multa Moscis oppida, ditionesque eripuit, cum autem Rex secundis Polonorum rebus ac successibus invidere inciperet, ejus jussu Tellagardus per fecialem ab ulteriore Moscoviæ subigendæ progressu Sigismundum Poloniæ Regem deterrere moliebatur: Hic vero sibi æquale cum Suecis jus in Moscos competere ratus, bellum continuato ardore prosequabatur: Sub idem quoque tempus Tartarorum Tauricanorum Chamus irruptione facta Russiam misere devastabat: vicissim vero Russi. Ductoribus Visnovecio & Corecio, Daciam occiso ejus Regulo depopulabantur: Nec tamen ex aliena calamitate aliquod domestici mali levamen emerferat, quocirca Proceres Mosci rebus suis melius consulturi, habito con-

conventu Magnum Ducem, Michaellem Sæc. XVII,
 Fedrovitium elegerunt, missoque Var- A. C. 1615.
 saviam, ubi Poloni Mense Februario sua
 celebrabant comitia, Seluboscio Ora-
 tore, Senatoribus Regni significabant,
 „quod quidem Ladislaum Regis Filium
 „olim in Magnum Ducem expetierint,
 „hancque in rem Philaretam Legatum
 „in Poloniam decreverint, hic vero
 „ad hanc usque diem ibidem detinere-
 „tur: cum autem Poloni, violata ju-
 „risjurandi Religione, rapinis & dire-
 „ptionibus cuncta infestassent, hinc ipsi
 „pro cavendo patriæ interitu ad alte-
 „rius Ducis electionem descenderint.,,
 His addebant, quod novus Dux pa-
 cem cum Poloniæ Rege inire paratus,
 ad varios Principes jamjam suos decre-
 visset Legatos, pariterque exoptet, ut
 vicissim Rex præter suos Oratores tem-
 pus, locumque ad pacis negotiatio-
 nem opportunum designaret, prius ve-
 ro captivos & præcipue Philaretam Le-
 gatum dimitteret, ab armis abstine-
 ret, & damnorum compensationem fa-
 ceret, secus si fiat, ad sui, suorumque
 defensionem se paratissimos fore de-
 clarabant.

Enimvero Moscoviæ Dux Jvanum
 Fommium Legatum ad Cæsarem Vien-
 nam ablegabat, qui tamen tantam ar-
 rogantiam & barbariem præseferbat,

Gg 5

ut

Sæc. XVII. ut Mathias Imperator per aliquot dies
A. C. 1615. illum a colloquio arcere cogeretur, eum
 tamen, postquam ignoratæ consuetudini-
 nis excusationem prætendens, insolentia-
 tiæ suæ veniam petierat, liberum dimi-
 misit, ea tamen conditione, ut imposterum ab ejusmodi protervia abstineret, seque ad mores in Aula Cæsarea receptos componeret, necnon Imperatoris responsum de rebus ab ipso propositis sed arduis quiete præstolaretur. At tamen Cæsar auctoritatem suam inter Moscos & Poloniæ Regem interponere renuit, unde totum pacis negotium Polonos inter & Moscos in irritum cecidit; simulque Tartari, qui Moscorum stipendia merebant, in Lithuaniam progressi omnia rapinis, & cædibus infesta reddidere.

§. CXII.

*Bellum Hispanos inter & Sabaudicæ
 ducem continuatum.*

*Ferrer. Hist.
 Hisp. cont.
 tom. II. p.
 219.*

Haud majori felicitate compositæ, pacatæque fuerunt res Insulicæ, ac Sabaudicæ; quamvis enim clades utrinque, sat frequentes, atque illustrium belliducum funeribus dolendæ, & ad extremum graveolentia cadaverum in campis & castris ad Astam Montferratensem urbem putrescentium luem attraxit-